



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De impetratione iudicis pro titulario contra pensionem ecclesiasticam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

iudican. iuxta formam supplicationis Rota, Cassa. decis. 2. in di. reg. idemque seruatum fuit, vbi super possessione tantum beneficij Cassa. ibidem dec. 1. & latè Gomes. in regu. de non iud. iuxt. fo. supp. quæst. 5.

A N N O T A T I O N E S.

Qui primus.) Quod iurisdictio * per citationem præueniatur, est communis Doctorum sententia, vt Roman. ait consi. 12. num. 4. Qua de re Barto. & Alexand. videas in l. si pluribus. ff. de lega. Sed quid * si vnus iudex per verbalem citationem, alter verò per realem præuenierit, quis in iurisdictiōem præuenisse dicatur? declarat Angel. in maleficiorum libro, in verbo iudex commisit, vbi, qui reum capiendū præuenit, etiam in iurisdictiōe præuenisse ait. Sed Maria Socr. alius questionem hanc exorditur, & distinguendum tandem esse existimat in ca. proposuisti, qu. 8. nu. 22. de for. compet. tu eum legito, atque Gram. dec. 28. num. 6. & Aret. consil. 101. Spectabilis domine Gemin. in ca. per hoc, de heret. in 6. Ioan. Anan. in c. excommunicamus, §. volumus, eo. titu. Bar. in l. si quis postea. ff. de iudic. & Ang. in l. 1. §. si quis in appellatione, col. pen. ff. de appell.

Ego decisi.) Pro ista limitatione faciunt, quæ decidunt Corn. consi. 57. colum. 4. libr. 3. & Aft. decis. 294. Quidam. & deci. 294. Quidam, & deci. 366. nu. 16. atque Gomes. quæ multa congerit in reg. de annali in posses. quæst. 45. Necnon & Tiraquell. qui nuncupatim hac de re loquitur, de vtroque retract. §. 8. in glos. 2. 4. post Abb. & Maria. Soc. in diff. cap. proposuisti. Nico. Anto. Graua.

De impetratione iudicis pro titulario, contra pensionem ecclesiasticam.

C A P. V L T.

S V M-

SUMMARIUM.

- 1 *Pensio ecclesiastica si dicatur nulla, vel excessiva, an interim solutio retardetur.*
- 2 *Pensio transferri non potest.*
- 3 *Pensionarius ubi via executiva obtineret, & titularius appellaret, non conceditur appellatio commissio, nisi cum clausula, sine praiudicio legitime executionis.*

QUOD * si quis petat commissionem super pensione, & fructibus beneficii per ipsum debita, siue illam nullam dicat, siue excessivam
 2 ex a communi stylo signaturæ conuenit apponi clausula, sine retardatione solutionis pensionis, idque ob reuerentiam literarum Apostolicarum, quibus esset pensio reseruata, Staph. lib. suo, ch. 152. Gigas in suo tract. quæst. 85. de pensio.

Quamobrem si pensio ab inferiore à Papae reseruata cessaret hic fauor literarum Apostolicarum, nec apponenda esset hic clausula, nisi forte pensionarius esset in quasi possessione exigenda, quia tunc adijcienda esset nihilominus clausula hæc ex alio capite, quia alias pensionarius possessione sua priuaretur, contra iuris debitum, & posset agere spolio, Gigas eod. tract. q. 47.

Idem si Apostolica autoritate reseruata esset, non tamen simpliciter, neque purè, sed sub certa forma seruanda, vel conditione implenda. Quo casu non esset satis docere de literis reservationis, nisi de seruata forma, & impleta conditione doceretur; nec interim titularius grauandus esset docere de literis reservationis, nisi de seruata forma. Cassa. dec. 10. de rescrip. Gigas d. q. 86.

q. 86. Crediderim tamen hoc quoque casu titularium proximo exemplo grauandum, & clausulam adiiciendam, vbi pensionarius esset in quasi possessione exigendi. Videretur enim hoc casu titularius releuasse pensionarium ab onere huius probationis, idque non diffinitiuè neque perpetuò, sed ad hunc effectum tantum, vt interim exigeret.

Eodem * exemplo grauandus non esset hac clausula is, qui super nullitate pensionis impetraret, quæ vigore translationis peteretur, & sic non ex primis, sed ex secundis literis dictæ translationis ageretur, communis enim forma translationis est, vt prima pensio reservata, & prima gratia extinguantur, & exinde extinctione huiusmodi, noua in fauorem alterius personæ pensio oriretur, & reservaretur. Gigas suo tractu d. quæst. 85. Quamobrem literæ translationis adferunt secum exceptionem pensionis extinctæ, quam dare poterit titularius, tanquam exceptionem nascen. em ex titulo pensionarij, nec interim erit hac clausula grauandus. Cassa. d. decis. 10. de rescrip. Gigas ibidem, ampliarem ego etiam, vbi titularius semper soluisset primo pensionario, qui nuper pensionem transtulit, possessio enim sua, vel quasi exigendi non debet prodesse alteri, cum maximè non sit eadem pensio, quæ transeat, sed prima extinguatur, & alia simili reservatur, vt supra docui. Quod si extinguatur ipsa pensio, & proprietas primi possessoris, multò magis & ius possessionis eiusdem, quos pensioni & proprietati adiacebat. Alios casus, quibus datur commissio nullitatis pensionis sine præscripta, legere poteris apud d. Gig. d. q. 86.

Vtrum

Verum * omni casu, ubi pensionarius via executionis obtineret, & titularius appellaret, non consuevit commissio appellationis concedi, nisi cum alia clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, Gigans quæst. 95. & ita seruatur, id quæ ipsum, ut opinor, quia pensionarius agit ad executionem literarum reservationis, vel translationis pensionis, quæ exemplo instrumenti quaretiati paratam habent, executionem, ab executione non appellatur, lab execu. ff. de appella. Gigans dict. q. 1. 5.

ANNOTATIONES.

Excommuni.) Adde Gomes. in compendio vtriusque signaturæ prope finem, ubi copiose, qui nonnullos etiam enarrat, in quibus clausula sine retardatione pensionis commissionibus opponi non debet. Nic. Anto. Graua.

LIBER IIII.

Introductio causæ in Romana Curia contra præiudicium, & quando ius reuocandi domum, ipsaq; dilatio ad partes concedi, vel denegari soleant.

CAP. I.

SUMMARIUM.

- 1 Litu pendencia per simplicem citationem inducitur.
- 2 Ius reuocandi domum deprehensio in Romana Curia, quando detur, & quibus ex causis, & humeris.
- 3 Dilatio quibus casibus denegatur.

4 Dila